

Sancti Jacobi, 28 Aprilis 1962. -

88/62-R.

EMINENTISSIME DOMINE,

Magno gaudio nuper accepimus ab Eminentia Tua Reverendissima quanti Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus interesse Apostolicae Constitutionis divulgationem de latinitatis studio provehendo.

Pergratum est Eminentiam Tuam Reverendissimam certiolem facere mirificum ac sapientissimum documentum a Patre Communi Fidelium promulgatum, nos accuratissime accepisse.

Universitas catholica chilensis, quae semper honori sibi tribuit humanitatis cultum, libentissime Summi Pontificis vocem recipit et maximam operam dabit ad illustrandum magis in dies vulgandum humanitatis cultum, praesertim linguae latinae studium promovehendum.

Nam nobis in animo est quam citius Academiam de lingua latina condendam curare, et omnia promovere quae speciatim inservire possint ad Normas Apostolicae Sedis inter sacrorum alumnos divulgandas et illustrandas et diligentissime ab iisdem asservandas.

Interea impensos devotionis sensus Eminentiae Tuae Reverendissimae pando atque maneo

add. mus in Christo

+ Alaphridus Silva Santiago
Archiepiscopus SS. Conceptionis
Rector Universitatis Catholicae Chilensis

Eminentissimo Domino
Dno. JOSEPH CARD. PIZZARDO
Prefectus Sacrae Congregationis de Seminariis
et Studiorum Universitatibus.
Romae. -
